



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

III. Vicarii in vicariis suis alios constituere non possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

PARS XXXIX. DE VICARIIS MONACHORVM,  
ET ALIORVM.

## C A P. I.

*Idem VVigorniensi episcopo.*

Pars capi-  
tuli. Super  
eo quod a  
nobis.  
Supra de  
appellatio-  
ne.

**D**E monachis autem, qui vicarios parochialium eccl-  
esiарum in tantum grauant, vt hospitalitatem tenere  
non possint, nec honestam sustentationem habere, hanc te-  
ne curam & prouidentiam, quod ad \* praeumptionem mo-  
nachorum nullum recipias, nisi tantum de beneficiis ecclie-  
siae fuerit ei assignatum, vnde iura episcopalia possit solue-  
re, & congruam sustentationem habere. Istis autem sacer-  
dotibus, quibus a te vel a tuis prædecessoribus cura anima-  
rum est commissa, in ecclesiis monachorum eam subtra-  
here poteris, nisi ipsis a monachis honesta & sufficiens sul-  
tentatio fuerit assignata, & in his ita \* promissum, quod \* f. pro-  
vidimus, tibi de tua iustitia possint, sicut conuenit, respondere.

C A P. II. *Idem VVintoniensi episcopo.*

Si persona alicuius ecclesiae vicario, quem in eadem ec-  
clesia constituit de assensu & auctoritate dioceſani episco-  
pi, assignauit portionem, is qui persona illa defuncta in  
personatum illius ecclesiae succedit, ab eadem ecclie vi-  
carium remouere, vel assignatam sibi portionem minuere  
non potest, nisi aliquid committeret, propter quod per iu-  
dicem effet in vicaria vel beneficio condemnandus.

C A P. III. *Idem Norwicensi episcopo.*

Clericos autem vel in presbyteratu, vel in aliis mino-  
ribus ordinibus constitutos, in vicariis quas sunt adepti,  
alios substituere non permittas, cum id satiſ sit absurdum  
& absonum, & omni rationi contrarium.

## C A P. IV.

Extra. De  
ingratitudi-  
ne.

Illud etiam in vicariis, qui personis fide & sacra-  
mento sunt obligati, duximus statuendum, quod si fidei vel  
sacramenti religione contempta, personatum sibi falſo  
afferentes, contra personas se erexerint, & super hoc in iu-